

1566, Maart 18, Rome by Sint Pieter.

*Dezelfde schryft evenzoo aan prins Willem van Oranje.*

Gulielmo principi Aeraicae.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem *etc.*

Venerabili fratri Julio archiepiscopo Surrentino nostro et Sedis Apostolicae nuncio in mandatis dedimus, ut Nobilitatem Tuam nostris verbis salutet et de nonnullis rebus tecum agat, quae ad munus nobis a Deo commissum et nostri erga te paterni amoris officium pertinent. Quae mandata nostra, ut pio, sicut confidimus, animo accipias et ut ipsius nuncii nostri viri

spectatae probitatis orationi parem fidem habeas ac nos ipsos audires, a Nobilitate Tua petimus. Erit id nobis majorem in modum gratum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 18 Martii 1566, anno primo.

*T. a. p. n<sup>o</sup>. 41.*

---

1566, Maart 18, Rome bij Sint Pieter.

*Dezelfde schrijft evenzoo aan Viglius (van Zui-chem) voorzitter van den Raad van State.*

Viglio praesidi consilii regis in Flandria.

Dilecte fili, salutem *etc.*

Commoti gravibus testimoniis, quae de tuo eximio catholicae religionis zelo et sincera erga Sedem Apostolicam devotione habuimus, cum mitteremus venerabilem fratrem Julium archiepiscopum Surrentinum, virum nobis probatissimum in istas partes quarundam rerum causa ad Dei obsequium pertinentium, mandavimus ei, ut te nostris verbis salutet et quaedam tibi referat. Ejus orationi fidem ut habeas, perinde ac si nos ipsos audires, abs te petimus. Quicquid in eum officii pro Sedis Apostolicae reverentia contuleris, erit nobis gratissimum.

Datum Romae *etc. ut supra.*

*T. a. p. n<sup>o</sup>. 42.*

---